 residat. ubi nil ei certe necessitatis aut utilita-
 tis suppetat. Verba at̄ que loquimur. nō quolibet
 i vētū d̄ diffluūt atq; euanesūt. sed i auctore suū
 cūcta reuerūt̄. et vel bene prolata iuuant loque-
 hūāt loquēdo. vel male edita grauat. ita ut pro
 di etiā verbo orioso. rationē i die iudicij reddere
 cogamur. Quātomagis at̄ maledicta. nō solū ea
 ea que q̄t̄ maliciosa mētē i isont̄ iaculat̄. vētū
 etiā illa que d̄ gētū cōsuetudinē passim i quoli-
 bet proferūt̄. nō aliud. sed ip̄m maledictā opprimūt.

Capitulum xxvi.

Neque est maledicta regnum dei possidebunt. Non autem
 sine causa dicit maledictum frustra prolatum.
 quod est et maledictum non frustra prolatum. sed iusta
 districtiois in ipsos emissum ut est illud beati
 petri et simone magi. pecunia tua tecum sit in per-
 ditioe. et ea que in apostatus et in hereticos uel astuta
 aduersus aduersos proferuntur anathemata. de
 quibus dicit ecclesie. Quicquid alligaueris super terram
 erit ligatum et in celis. Ne respondeas stulto iuxta
 stultitiam suam. ne efficiaris ei similis. Responde
 et stulto iuxta stultitiam suam. ne sibi iustus videatur.
 Non hoc triplex sibi met contraria debet uideri. non res-
 ponde stulto iuxta stultitiam suam. et responde stulto
 iuxta stultitiam suam. Vtriusque est pro quod et pro,
 nam diuersitate considerat. dum et stultus contemnitur
 quia non uiam recipit sapientiam. et stultus superbia
 alia deest stultitia. iuxta quod apostolus ait. iuxta
 quod apostolus factus sum illis in uos me cogistis.
 Claudus pedibus et iniquitate bibes. qui mittit uerba
 in iudicium stultorum. Potest et euenire ut sapiens
 quilibet stultum in legatione mittat. nesciens quia
 stultus est. nec tamen ipse sapientie sue gloriam perdat.
 in eo quod de ignoto homine quod audierat credidit.
 Sed qui hereticum sacerdos mittit ad predicandum populo.
 claudus est pedibus et iniquitate bibes. quod et
 opus boni accessum foris amisit: et iterum ite-
 riora sui sensus haustu stultitie debriat.
 Dicit qui mittit lapidem in acervum mercurii: ita
 qui est in illipidi honore. Qui illipidi. id est.
 heretico honore docendi confert. non nisi minus de-
 linquit quam qui deos aut de delubra gentium cultu
 venerat. Tamen. Quomodo. si spina nascatur in
 manu temuleti: sic pabola in ore stultorum.

Spina in manu nascitur temulenti. cum in opibus
 eius qui carnalibus seruit illecebris: pueriosas
 oriuntur scelera. Quibus res fabola quam stultus
 ponit assimilatur. qui et si verba prudentie stul-
 tus dicit nonit. in hijs tamen viciorum pueriosas.
 quibus vel seipsum vel populum laeceret. vitare
 non nouit. Depe namq; doctor imprudens. in eo quod
 bona dicit: vel sua occulte laudet: aut vitu-
 peratione querit aliorum. Sicut canis qui
 reuertitur ad vomitum suum: sic imprudens qui
 iterat stulticiam suam. Canis cum vomit. profecto
 cibum qui pertus deprimuit. eicit. Sed cum ad
 vomitum reuertitur. unde leuigatus fuerat
 rursus onerat. Et qui amissa plangit. profecto
 nequam de qua male satiati fuerat. et que
 mentis itima deprimebat. confitendo proiciat:
 quam post confessionem dum reperit. resumit.
 Vidisti hominem sapientem videri: magis illo spem
 habebit insipiens. Hoc opponens dominus dicit. Ego
 in quibus mundum vici. ut quod non videt vidat. et quod
 videt ceteri fiat. Dicit piger letitia in via. letis
 in itineribus. Sicut hostium vertitur in caudine
 ita piger in lecto suo. Multi cum verbum predica-
 tionis audiuert. causantur de dyabolo. dicentes
 velle quod se via iusticie incipe incipere. sed ipse
 diuini a sathana formidat. ne hanc proficere possint.
 sicut quicquidmodi excusatioe sermo is sepe
 in lecto sui torporis sicut ostium in cardine vertitur.
 et modo epine ad orandum. modo ad quiescendum redi-
 re. Non dices. in suis lacu prauitatis non magis
 desistit. Sapientior sibi piger videtur sepe vi-
 ris loquentibus sententias. Depe viros loquen-
 tes sententias illos dicit. qui septiformis

sp̄e gr̄a pleni. s̄c̄e s̄p̄t̄ur nobis sc̄am̄ ministr̄
 um uerūt uerūt. Quibz se sapientiorē stultus
 arbitrat̄. quia sepe nōnulli mētē adeo abne
 gādīs h̄ȳs que dñs p̄cepit despiciētes auertūt.
 ut ne hoc quidē oīa uel posse ab hōie uel do
 cere q̄pleri cōcedat. Et quasi sapientiores h̄ȳs
 qui diuina eloq̄a s̄p̄serūt. ea hōiem facē posse
 nō aut autumāt. que illi dictate sp̄u s̄c̄o hōe
 hōiem facē iusserūt. ymo etiā q̄ multos hōies
 iuuante sp̄e eodē gr̄a p̄ferisse mōstrauerūt.

Sicut qui apprehendit auribz canē: sic qui trāsīt
 et ipatēs misert̄ rīpe alterius. **D**icit apl̄s.
Moli uerbis gredere: ad nichil ei uile est. nisi
 ad subuersionē audictud. Quicūqz ergo simplex
 sensu est. et duobz iter se iurgātibz mordaci
 sermōe capta fuerit auricula ei. cito incipit
 et ip̄e quasi canis latrare. et cōtentiones gene
 rare. sed hoc sapiēs oīmodo uitat. **V**erba su
 rronis quasi simplicia: et ip̄a pueniūt ad i
 teriora uetris. **S**usurrone. iactōie litis. et
 bilingue appellat. qui simulat laudē uerborū.
 et querit audire unde iurgia seminet. **Capit. xxviii**

Ne gl̄ris t̄ crastinū: ignoras qd̄ sup̄uctura
 pariat dies. **N**e seruis sis aliquando de fu
 turo t̄pe. quia et si hodie te dñs seruire cōspi
 cis: qua qualis eē t̄ futurū possis. quomodo
 uitā finire possis proisus p̄uide nō uales.

Hautz qd̄ q̄ sp̄e p̄uidz. **G**raue est sapid. et one
 rosa harena: sed ira stulti utroqz grauior.

Graue quidē satis est quēqz ab vno aliquo cri
 mine capitali quasi ponde sapi dep̄primi.

vel quasi glaucis aene immensis partibus leuio-
 ribus onerari. Sed utroque grauior est ira stulti.
 quia nimirum hec quo ex certius quod sunt mala
 patefacit. eo acrius animi ut castiget compungit.
 Ita vero quia non corporale sed spirituale est vicium. quo
 minus deprehenditur: eo amplius grauat. Unde non
 absolute ira. sed ira stulti dicitur. Sapo et arena
 grauiore. Nam lapides quomodo artus suos et ser-
 mos. ita ira mentis quod motus solleter exami-
 nare et castigare satagunt. Iri non habet mi-
 sericordiam. nec eruditionis furor. Et impetu gerit.
 ferre quod poterit. Non de omni ira dicitur. Nam de
 mitissimo et modesto viro scriptum est. quia exiit
 a pharaone iratus nimis. Sed de ira stulti sed
 cuius in priorum periculo meminerat que ibi ex-
 canduerit. mox viscera pietatis amittit. et
 furor totum sibi suo furore nouit lapare. Alioquin
 de utili ac necessaria ira dictum est. Melior est ira
 iusti. quia per iustitiam vultus corrigunt animi de-
 linquentis. Melior est manifesta correptio. quam
 amor absconditus. Amor absconditus. amor
 dicitur illicitus. ut est amor adulterinus. qui ob
 sui turpitudinem merito sapientibus ne redarguantur
 absconditur. Cui iure manifesta correptio profertur.
 quia absque ulla contradictione melius est que pia
 desiderio corrigendi palam corripere. quam studio simul
 peccandi peccandi clanculo tegere. Meliora sunt
 verba diligentis: quam fraudulenta oscula odientis.
 Melior est a domino qui nos ut filios pater erudi-
 re consuevit. vulnera afflictionum proferri. quam dy-
 bali blandimentis decipi. qui ut nos celesti
 hereditate priuet. misericordie fauere solet errantibus

quoniam quasi bene sit malum quod agimus. et ultra
 modum peccatum nostrorum seruicium ebullatio. quam dominus
 dispensante toleramus. **A**ntia saturata calcabit
 fauorem: et antia esuriens amarum pro dulci sumet.
Antia diuitum quae quae habet consolationem suam
 suam. et quibus a domino dicitur: ue vobis qui saturati
 estis quia esurietis. spernit auditam celestis
 regni dulcedinem. antia autem coram eorum quae esuriunt
 et sitiunt iustitiam. etiam aduersa solum pro domino.
 primo ipsam mortem perpeti dulcem habent. scilicet
 se pro poculum amarum amaritudinis. ad gaudia
 perpetuae salutis esse venturos. **S**icut auis trahit
 migrans de nidulo suo: sic vir qui relinquit locum suum
Sicut et auis dum negligit oues sine pullos
 suos quos fouerat. aliarum auium vel auantium
 raptae captui dimittit. sic nimirum et ille qui
 custodiam virtutum in quibus proficiebat de deserit.
 eandem virtutum quas habere videbat in mundis
 spiritibus ipse proditor existit. **U**nde alias dicit.
Si spiritus potestatem habetis ascendit super te. locum
 tuum ne dimiseris. **Q**uid est apte dicit. **S**i puer
 capis mundi. id est. dyaboli temptatio tibi forte
 intulerit. caueto sollicitus ne a bona operatio
 cui confidabas desistas. **M**elior est vicinus iuxta
 quam frater percul. **M**elior est tibi vicinus aliquis
 qui tibi animam finem societate conuertit. quam ger-
 manus frater qui iura fidei et pietatis commu-
 nia tecum habere neglexit. **Q**uid dominus in parabola
 vulnerati a latronibus eius qui descendeat ab iherusalem
 in iherico. et samaritani qui curam egit illius
 manifeste probauit. **Q**ui benedicit pro suo proprio
 voce grandi de nocte resurgens. **V**oce grandi

ppis benedicit. q' eū favore supflue laudis
 extollit. vel malis videlicet actibz ei9 cōtra
 iusticiā faciendo. vel bona plus iusto laudado.
Sed hic maledicti assimilatur. qui plurimū
 ledit eū cui laudado. sive ī mala actio9 cōfidētā
 dēā tribuit. seu ī ope vō simplicitatē puri
 cordis minuit. vt videlicet bonū qd' supne
 mercedis īuitu īchoarat. trāsitorie laudis
 amore cōsumat. **F**erro ferrū acuit: et homo
 opacuit facē amici sui. **D**atis bona est colla
 tio et cōsiliū sapiētū. qui iuicē se vbi cōsu
 lēdo īstruūt. ferrū ferro acuit. **I**nfermus
 et pōtio nō replebūt: sili. v'oculi homī īsa
 ciabiles. **I**nfermī tornētā nō replebūt: ter
 minū accipiēdo. similiter et īticiō9 homī
 qui huāna sapiūt. īfaciabiles sūt de desiderio pec
 cādi. quia et idō idō sine l' s' sine fine penas
 lēūt. qz volūtātē habuerāt s' sine fine peccā
 di. si naturā haberēt sine fine viuēdi.
Diligēt' agnosce vultū peccōis tui: tuos qz gre
 ges cōsidera. **N**ō ei habebis iugit' p'tatē. sed
 corona tribuet' ī generatiō9 z generatiō9.
Pastori dicit' ecclē. **D**iligēt' adhibe curā eis
 quibz te p'cesse g'tigerit. **A**gnosce aīos act9qz
 singulorū. et siqd' ī eis vici9 sordidatis īvene
 ris: citius castigare castigare memēdo.
Nō ei tu sēp oues dñicas pascedi potestātē ha
 bebis. sed etna est corona quā p'cipies. si cō
 missū tibi gregē tuo tpe bene ministraueris.
Apta sūt prata. apparuerūt herbe viuetes. et
 collecta sūt fena de mōtibz. **A**pta sūt modo pas
 cua sacramentorū celestīū. que dū fuerāt

typis p̄clusa legalibz. apparuit nouus viroz
 euāgelice p̄dita veritatis et gratie. collecta
 s̄t̄ i pabulū gregis d̄m̄ci scripta p̄m̄ veterū.
Ablata quidē iudis sup̄b̄icibz falce diuine aīad
 aīad uersionis. et humilibz eccle p̄lis ad sp̄iale
 subsidū data. iuxta qd' d̄ns illis. auferet̄. iqt
 a vobis regnū dei. et dabit̄ gēti faciet̄ fructū ei.
Agni ad vestimētū tuū: et edi agri p̄ciū. **A**gnos
 inoētēs: edēs penitētēs iudicat. **A**gnorū ergo
 vellere vestieris. dū bonis obediētū discipulorū
 moribus pastor ip̄e p̄feret̄. eorūqz laudabi
 lia facta cūmes. et i ornatu vir-tutū. et i calore
 dilectiōis ip̄e. gloriozior exieris. **E**dis agrū
 agrū p̄parabis. dū p̄cōres ad p̄itētā vocādo sub
 limiorē tibi i fira vinctū locū acq̄res. **S**ufficiat
 lac caprazū abis tuis. i n̄cīa dom̄g tue. et ad
 victū acillis tuis. **T**anta istantia porus tibi cō
 missū pasce. ne tibi lac estate nouū ne fri
 gore desit. sed tibi s̄p̄ tuisqz sufficiat. id ē. tā
 sedulo doct̄ne ista. vt etiā quōdā p̄itētēs ad of
 ficiū docēdi p̄ouehas. quatinus p̄ illos qui p̄iud
 pro feditate viciorū ad sinistra iudicis videbāt̄
 esse ponēdi. modo rationabilē et sine dolo lac
 verbi p̄uulis sensu ministret̄. **F**it at̄ lac caprazū
 ad victū acillis. quādo h̄j qui nōdū amore p̄fecto.
 sed ad adhuc timore seruii d̄no deseruiūt de
 seruiūt. p̄ exēpla vel verba eorū qui p̄ p̄itētā
 salui f̄i s̄t̄. viuificis verbi epulis reficiūt̄: atqz
 etiā vt ad maiorū virtutū p̄ficiāt p̄ficiant
 ioremēta m̄ta iuuāt̄. **Q**uidā hoc qd' dictū est.
 apta s̄t̄ p̄rata. et apparuerūt herbe vir-tutes. et
 collectā s̄t̄ fena de mōtibz. agni ad vestimētū
 tuū. et s̄edi p̄ciū agri. ita exposuit. exposuit.

Aperta s' mommēta . apparuerūt copia redimua .
 sequestrati s' pccōres a scīs . fenu ad cobuēdu
 de locis expulsi . sequestrati s' agni ad dep
 terā . edi ad sinistra — **Capit** Agni ad vesti
 mētū regis . quia ipē dixit . ihabitabo t eis . **Edi**
 pro pretio scōrum quos nocuerūt ignib9 venūdabūt .

Fugit ipius nemine psequete . **Qui nō est i fide** Ca^m xxviii /
 factis . etiā si nullus psecutor epistat . nōnuq
 nōnuq sponte fide deserit . quando vel latrocinij .
 vl' pūrijs . vel fornicatiōib9 . vel veneficijs alijs q
 huiuscemodi sceleribus . se i fidei simile reddit .
 Iustus at quasi leo q fides : absq timore erit . In or
 cursū bestiarū idcirco leo nō trepidat : quia pccua
 lere se oib9 nō ignorat . **Vnde iusti viri securitas .**
 leonū quat^r recte . quia contra se cū cū quoslibet
 iurgere cōspicit . ad mētis sue cōfidentia redit . et
 scit quia cūctos aduersates superat . quia illū
 solū diligit . quē iustus nullo modo amittit —
Viri mali nō cogitat iudiciū . qui at requirūt dnm
 aiaduertūt oīa . **Quā aiaduertūt electi . hoc est . et**
 futurū esse iudiciū discrimē vniuersalis iudicij .
 et quib9 opibus reqes . qbus pena tribuat^r etiā .
Qui decipit iustos i via mali . i iterū suo conuert .
 et simplices possidebūt bona eij . **Qui p doctrinā**
 hereticā decipit amatores iusticie vt a veritate de
 viēt . ipē quidē pro malis suis penā quā meret^r
 taurit . bona at siqua gerabat vel utilia scōdo .
 vel cōmēter viuēdo . alijs i adiutorū cedūt . eis
 nimirū qui hoc legētes siue audietes . exēpla sue
 salutis etiā ab eo quē perire norūt assumūt .
In expulsiōe iustorū multa glā . Quia videlicet
 nō de presentib9 diuicijs . sed de etnis i futuro
 bonis exultat . nec de rebus mūdi . sed de dno .

cuius visione sperant letantur dicte psalmigrapho
 leta in dno et exultate iusti. **P**el certe in exul-
 tatione iustorum multa fit gloria quia quoniam
 electos in hac vita prouidentibus ecclesie prosperis
 exultare gigerit. multa dno gloria ex ex pluri-
 morum fide ac pijs operibus datur. **R**egnantibus ipsius
 ruine hominum. **S**icut multi gloriam deo dare incipiunt
 cum iustos in peccatis virtutum gaudentem conspicunt. ita
 quoniam reprobi regnum tenentes multos sine p-
 fidie applices exhibent. quod et de paganis et de he-
 teticis et de malis catholicis recte potest accipi.
Hec ergo homo qui sepe est pauidus. **Q**ui vero metus est
 iure: conuertitur in malum. **S**equitur ira iudicij. tanto
 tunc districtior portabitur: quanto magis iter culpas
 minime timet. **U**nde alibi scriptum est. **I**n die bo-
 norum. ne in memor sis malorum: et in die malorum
 ne in memor sis bonorum. **D**ic ergo utraq; iugeda
 sit: ut vnum sepe ex altero fulciant. **L**eo rugiens
 et vorans esurians: princeps ipsius super plures pauperes.
Et de principibus paganis. et de hereticis potest intelligi.
 quia plures pauperes. id est. sed ecclesie vel patientia vel
 sapientiam ferina sepe seuericia temptat. **H**ominem qui
 calumniatur aut sanguinem. si usque ad lacum fugerit.
 nemo sustinet. **Q**ui operatur terram saturabitur panibus:
 qui secatur orem replebitur egestate. **D**ivus terra
 agri. sine terra corpusculi qui qui spercet satu-
 rabitur. ille frumido. iste virtutibus. qui utraq;
 spernit. replebitur egestate. **D**ivus qui festinat ditari
 et alios videt: ignorat quod egestas superueniat ei.
Profecto et qui agere opes ambit. peccatum negli-
 git. more autem captus. cum esca conveniunt verum
 avidus avidus inspicit. quo straguletur peccatum laqueo

nō agnoscat. cū q̄libet p̄ntis mundi bona desiderat.
et que de futuro dāp̄ dāpna patiat̄ ignorat.

Cū surreperit ip̄y abscondēt̄ hoīes: cū illi perie-
rit multiplicabūt̄ iusti. **Fosdē** hoīes quos iustos
appellat. quia videlicet iustū statuedq; est a dño
ut huāne q̄ditiois ordinē seruet̄. **Vnde** i libro beī
iob de p̄tētia cuiuslibet p̄uersi dicit̄: **Respiciet**
hoīes. et dicit. peccavi. **Qd'** est apte dicere. **Res-**
piciet eos qui naturā huāne creatiois rē custo-
diūt. et se peccādo iūmentis assimilātū eō cog-
noscat. **Pater** ḡ sensus. quia feruente ip̄iorū
p̄secutio. abscondēt̄ sepe fideles. vel nō ausi v̄l
nō permissi ad publicū p̄cedē. dicit̄ dño. **Si**
vos p̄secuti fuerit de ciuitate ista. fugite i alia.

Uli at̄ p̄ditis auctozib; p̄secutio cessauerit:
āgustior post pressurā fidelium glā clarescit.
Sed infidelium plurimi visa infidelitatis dāpnatio.
fidei grām suscipiūt. **impro** id qd' scriptū est. **Pesti-**
lētē flagellato: sapientior erit q̄ paruulus. **Capitū. xxix**

Homo qui blandis fictisq; sermoib; loq̄t̄ ami-
co suo: v̄t̄e expādūt gressib; ei; **Qui** fictis ser-
monib; p̄p̄imū laudat. illi quidē parat infidias
quib; periculū t̄cauti op̄is aut verbi securior
fctis t̄t̄ incidat. **Sed** vidam; veridētia fraudu-
lētī cū cui; ḡ gressib; expādūt̄ expādūt̄ i
voluāt. **Seq̄t̄.** **Peccātū** v̄t̄ū iūquū inuoluet
laq̄us: et iust; laudabit atq; ḡ gaudebit. **Nō**
ergo iusto laqueus peccātū etiā si corp̄aliter
perimat perimat nocet. ip̄os at̄ reprobos infidie
quas p̄p̄imis parat i p̄petuū dāpnat. gaude-
tib; iustis ac v̄t̄ū iudiciū q̄ditiois laudatib;

laudantibus, vel de sua creptioe ut de pdicioe prauoy,
 deniq; clausula prioris versiculi antiqua editio
 manifeste posuit. Petia circūdabit suis fidelibus,
 Ex ambiguo ei greco qd' est antea, veridq; it' p'uar
 potest, **N**ā qui fodit foueā p'p'io suo, incidet i ead' ip'e
 ut alibi dicitur est. **V**ir sapiēs si cū stulto contēderit,
 siue irascat' siue rideat: nō tūciet requie, **D**octor
 sapiēs si cū infideli et q'tumace contēderit, siue
 toruēta reproborū siue gaudia narrat bonoy,
 frustra erga insensatū laborat, siue lamēta p'ci
 tētie suadat siue bonē opatiois que s't' premia
 dicat, nō audit' a stulto. **H**ūc z apli iudicis d'cebāt,
Lamētāuim; vobis et nō planxistis: cecimim;
 vobis et nō saluastis, **T**otū spm̄ suū p'f' stultus,
 Impatiētia ipellere agit' ut totus foras sp̄
 p'ferat'. **Q**uē idcirco citius p'turbatio eie' eicit,
 quia nullā iterius disciplina sapientie eū circū
 cludit, **S**apiēs at' differt z reseruat i posteriū,
Jesus ei i' p'f'es se vltima nō desiderat, qui etiā
 parci optat, sed tamē vī vīdicari oīa extremo
 iudicio iudicio nō ignorat. **H**ūc locū antiqua
 editio ita habet, **T**otā irā profert ipius: sapiēs
 at' dispēsat p' partes, **Q**uia nimirū stultus ad
 vltionē suā ire p'turbatioe succedit': sapiēs at'
 paulatim eā maturitate cōsily ac moderatiois
 tenuat ac eppellit, **P**aup' z creditor obuiant
 vū sibi; veriusq; illuātor est deus, **P**auper est
 hūilis dei auditor' verbi, creditor at' qui ei ver
 bi eiusd' pecuniā pdicādo cōmittit cōmittit, **Q**ui
 obuiat' sibi, cū i vna eadēq; pietatis grām cō
 ueniūt, **E**t vtiq; illuātor est est dñs, **Q**uia
 neq; ille sine diuine mūnere pietatis pdicare:
 neq; iste credere potuit, **V**eridica nāq; manet

veritatis sententia qua dicit. sine me virgil po-
 testis face. Rex qui iudicat paupes i veritate:
 thronus eius i eternu fidabit. Et psalmista de ppo
 rege. **V**ides tua de q i scilicet scilicet vga eqtatis vga
 regni tui. **V**irga atq correptio tribuet sapiam:
 puer at qui dimittit volutati sue. qd dicit ma-
 tre sua. **D**e vga aplos ad corinthios. **A**n vultis i
 vga veiam ad vos. an i spu mansuetudinis.
Puer naq; que frequetissime corripiendu et eru-
 didu admonet. ipse dei est. qui si no assiduis
 monitis et iarepationib; sacerdotu fuerit castigat;
 qfusione generat ecclie. detrahentib; q hys qui foris
 st' religioni fidei ppiam ppiam. **U**nde recte
 subiungit. **I**n pphatia defecerit. dissipabit' plus.
Qui custodit lege beatus est. **Q**uia nimiru cu
 cessauerit sacerdotalis eruditio. soluet' qtinuo
 disciplina diuine legis qua p iplos ad b'itudinē
 ptigere debuerat. **V**idisti hominem v'lorē ad lo-
 quedu: stulticia magis speranda est q illi' correp-
 tio. **G**raue quidē viciu stulticie: sed no non
 leuius est verbositas. **N**ā sepe qtingit vt hebes
 aliq; et ipam q; leuā nescius. citius verba
 saluifere correptionis accipiat. q is qui affluē-
 tia peditus sermois. magis sua que nouit
 vel que se nosse autumat iactat' p' profere
 q dicta sapientu sapientu audire cōcedit.
Qui delicate a puericia nutrit corpus suu seruu
 postea illud sciet qumac. **Q**ui delicate a pue-
 ricia nutrit corpus suu qd' aūo debuerat subiu-
 gare. is vbi ad ad ānos adolefctie puene-
 rit. lasciuu. hor est. idē idonabile sentiet.
Huc versu alia trālatio sic habet. **Q**ui delicat;
 a puericia seruu ē: non illud at qristabit?

"tenera

Nam sero malorum peccator est in se. qui se meminuit noluit
 se in terna adhuc etate. a suis voluptatibus ad regu-
 lae quere prudenter. **D**ixit iracundus puocatur iras.
 et qui ad indignanda facilis est. erit ad peccata pri-
 uior. **I**amnia omnium vitiolorum iracundia est. qua clau-
 sa irascens. dabitur quies. aperta vero: ad omne
 facinus armabitur. **Q**ui ad furem principat
 odit animam suam. et adiurans audit et non iudicat.
Auditoris suam sapientia non solum a peccatis abstinere.
 sed a peccatorum contubernio docet cogit cogitare.
 ne forte a districto iudice mereatur audire. **S**i
 viduas furem curabas ad eo: et ad adulteris por-
 tionem tuam ponebas. **N**on est fur solummodo. sed
 etiam ille reus tenetur. qui conscius furti. querit
 possessore pecuniam qui perdidit. non vult idcirco
 eum valet. **V**erum nequis causetur me se persone
 peccatoris: neque a furem gemitio separari. neque prode
 posse quod non vult. apte subditur. **Q**ui timet homines
 cito corrumpet: qui sperat in domino subleuabitur. **C**ui
 ingruit illud euangelium. **N**olite timere eos qui corpus
 occidunt: animam autem non possunt occidere. **V**erba
 congregatis: filij vomeris. **H**ucusque parabola sa-
 lomonis quas transtulerunt viri ezechie regis iuda.
Hic rursus verba salomonis ab e ipso quod grece
 calastes dicitur. nunc interpretatio latine nomine illo co-
 gregas appellatur. **Q**uisio quam locutus est vir cum
 quo est deus: et qui deo secum morante confortatus ait.
Quisio igitur quam locutus est. quia quod vidit apud deum
 secretus contemplantur: patefecit hominibus foras loquendo.
Quisque et spiritu dei confertur confortatur: heri qui sequitur
 humili corde profatur. **S**tultissimum sunt vitiolorum: et
 sapientia hominum non est merita. **F**ilij et huius scilicet. prudentiores

Caplm. xxx.

Et filijs lucis i generatione sua. Et aplos, **S**iquis iat
 videtur sapiens esse i h^o s^o: stultus fiat ut sit sapiens.
 Et ipse de se suisq; similibus i quibus est deus. **N**os
 autem predicamus xpm crucifixum. iudicis qd scidaliu.
 genibus aut stulticia. **N**o didici sapiam: et noui scorum
 scientia. **N**o didicit ab homine salomon sapientia.
 sed a deo gratis offerente precepit. ut scorum scientia
 nosset. **S**ed et aplos qui dicit. nos stulti propter xpm
 ipse iterum ait. **S**apientiam loquimur iterum p^{ro}fecto. sapientiam
 uero non quia scilicet. neq; principiu huius scilicet qui destruitur.
Quis ascendit i celum atq; descendit. **H**ec est scorum
 scientia que a sapientibus scilicet stulticia putatur. quia
 uidelicet dei filius i assumpta carne. post mortem et
 resurrectionem suam ascendit i celum. ac nunc resurrex-
 itis tempore descendurus est de celo. ad iudicandos vi-
 uos et mortuos. **N**os q; tenuit spm maius suis.
Ois sps et quantum et angelicus et animalis et proel-
 larum. ne deficiat: dei potentia q; tenet. **Q**uis colli-
 gavit aquas quasi i vestimento. **D**e ipso et psal-
 mista. **C**ongregas sicut i vne aquas maris.
Quis suscitauit oes terminos terre. **E**t nunc oia que
 p orbem viuunt et crescut. homines. animalia. germina.
 dñs ut sua queq; vita subsistat. excitat: et i die
 iudicij cunctum a quatuor vntis celi genibus quantum a
 morte resuscitabit. **Q**uod nomen eius? et quod nomen filij
 eius si nostri. **D**e dei patris et filij nomine dicit. cuius cuius
 misterium scilicet sapientia naturaliter scire non
 potest. quibus vnum de esse deum qui oia fecerit. p
 ea que mirabiliter facta vident. intelligere potest.
Si nostri igitur. subauditur tu. qui de tua te iactans
 sapientia: nunc fidei misteria. stulticia nuncupare
 presumis. **O**is sermo dei ignitus et lapsus est sperantibus

In se, **H**ec et tota ecclesia nouit. et illi maxime sentiunt.
 qui deo secundum morem et sine sapientie fastu gressunt.
 quia uim uisum omnis sermo diuine auctoritatis. cor-
 da electorum et igne caritatis accendit. et sancta uer-
 tatis illustrat. et uiciorum sordes liquas in eis uer-
 nerit. consumit. et ab hostium illis sperantes in se au-
 tisque defendit aduersis. **V**erum solertius itudid
 quia proprietate greci sermois quod est.
 latina translatio non uno uerbo explicat. **U**nde aliqui
 ignitum. aliqui igne examinatum transferunt. ut ignitum
 eloquium uoluerint. et argutum igne examinatum.
Quod utriusque in uno greco dicitur
 et quod hinc salomonis sententia simillimum sonat.
Flores domini igne examinata id est.
 protertor est omni speratum in se.
 ergo significat quod tam gloriatum igne purgatum sit.
Sicut si quaedamque metalla igne gloriata. sordes in se
 aliena aut inutile non tenent. totum quicquid in hijs uelidit
 uerum et profertur. et omni uiciorum sordes purgatum est.
 ita eloquia dei. et in uerum in se bonorum fidei testantia.
Hic illud est dictum. **T**ota uim aut unum apertum non
 preteribit a lege donec omnia fiat. **V**erum et omnia sunt.
 et extra omnem adiquitate superflua uanitas ignita.
Non addas quicquid uerbis illius et arguaris. **T**u uicium
 quod mediam. **N**on contempnas eloquia sanctorum septuaginta.
 quod quidam heretici ne hijs conuincerent fecisse nos-
 cut. **D**uo rogavi te ne deneges michi animum mo-
 riar. **V**anitas et uota mendacia longe fac a me.
 mendacitate et diuicias ne dederis michi. **T**ribue
 fatum michi uirtuti notia. et cetera. **H**ec adhuc
 uir cum quo est deus sermois eius igne radiatus.
 ad ipsum dominum conuersa uoce profatur. **O**liscans ne
 uanitate scilicet uimque uel uerba mendacia ueritati

celestium pponat scripturam, nec nec rursu vel copia
 vel copia transenturam, i obliuione decidat et noz,
Generatio que pro suo maledicit, et mudi sue no bn
 dicit, **Cu** superius puritate sibi vite a dno dari pe
 teret, conuertes subito inuitu ad gēplada prauoru
 nequicia, quāto her sit inoluta miseris, q̄ longe
 a veritate distet. Illinat. est iqt̄ generatio iqt̄ens
 nefādorū, que et si bona quelibet agit, pdit her i
 co, qd̄ paratibz honore no defert, **Generatio** que
 sibi mudda videt̄, et tamed no est tota sordibus suis.
De har generatoe loqt̄ psalmista, **Quā** d̄y dissipat
 ossa homi sibi placidū, **Generatio** cuiq̄ exaltat̄
 oculi, et palpebie eñt̄ alta surrecte, **Cuiq̄** gfortū
 generatiois vitabat psalmista eū dicebat, **Quē** no
 est exaltatū cor meū, neq; elati s̄ oculi mei, et ce
 tera, **Generatio** q̄ pro d̄tibz gladios habet, et cō
 madit molaribz suis, **De** har psalmista, **Fili**
 homi d̄tes eoz arma z sagitte, et lingua eoz ma
 chēra acuta, **Et** comedat ipios de tra, et paupes
 ex homibz, ad hoc lingua armat̄ p̄secutores eadē,
 ut in ordēs p̄p̄i et hūiles trucidet, **Qd̄** si diligētius
 ḡsidere volueris, iucies has generatioēs, ḡgrega
 tioēs esse nequissimas iudozū z hētrozū, **Iudoz**
 ḡ generatio p̄i suo maledixit, illi videlicet qui
 ait, filius meq̄ primogenit̄y illi, quādo filiu eius
 venientē i carne negauit, **Et** matri sue no b̄ndixit,
 synagoge videlicet, cuiq̄ fidel pristine, quā i p̄ribz
 et ph̄etis de p̄p̄o habuerat, detrapit, **Rouationozū**
 generatio sibi mudda videt̄, dices se peccātia opus
 no h̄ habere, et tamed no potest eē mudda a sordibz
 p̄torū, que fonte peccātie, peccātibz veniā negat,
 do p̄cludit, **Ita** gnatio arrianozū exaltos habet

oculos. et palpebras sup deū directas. iquales qd'
 fuit antea. et quia fuit tempus quādo quādo non fuit
 filius. vel que est sp̄s sc̄i potestas equalis. iqua
 lis. **I**te generatio q̄ pro detribj gladios habet. illa
 est gregatio prauorū. que suā pfidiā etiā alijs
 utinare satagit. Et sicut corpa solet gladijs sterni:
 ita aīas audictū veneno prauē allocutiois.
 morti p̄petue subiugare gredit. **D**anguisuga
 due st' filie. dicentes. affer affer. **S**anguisuga est
 dyabellus. qui siti peccādi ac peccā suadedi tres
 santer accedit. **H**uic st' due filie: quia due spe
 cialiter huāni generis illerebze. hūc antiqui hostis
 imitat' ardore: luxuria videlicet & philarguria.
Nā et luxurie quo liberius frena lapāt: eo
 nopius delertat. Et sicut quiddā ait poetarū.
 Crescit amor mīni: quāto ipā pecunia crescit
Tria st' insaturabilia: et q̄tū qd' nō dicit sufficit.
Inferny & os vulue. et t̄ra q̄ nō satiat' aqua. **I**gnis
 vō nō dicit. sufficit. **I**nferny nūq̄ redudat. q̄lety
 similiter v̄ vicina ei. corpy q̄ ei nūq̄ satiat' delictis.
 et auarus nūq̄ dicit sufficit. **Q**uidā ifermy d̄p̄
 tat' qui insatiabilis est & seductioz huāna. **O**s
 vulue & t̄ra que nō satiet' aqua ut supra. **I**gnis
 qui nō dicit sufficit. **t**redid' gehēne qd' nūq̄ nūq̄
 desinat. sed eos qui peccā fīne pond' noluerūt.
 ifinito ardore gburat. **O**culū q' subsannat p̄em.
 et despicit partū mris sue. effodiat corū & torz
 tibz: et comedat illud filij aq̄le. **P**eruersi dū diuina
 iudicia reprehēdūt. subsannat p̄em: et quilibet
 partū matris despiciūt: quia de ipā exēūt. qui
 cōtra ipm loquūt. **E**x nobis iſt' exierūt: s; nō erāt ex nobis.

totum ipsum loquitur. Quorum intentione Iu predicatores
 catholici de scripturaru diuinaru fluidis proce
 de tibi crepado revincunt. quasi oculu nefandu
 corui de tou. et tibi effoduit. et filij aqle comedunt.
 Corui etei vocat doctores sci. qui p humilitatis graz.
 pta i se nigredine ghet. Filij at aqle. quia p
 gram ei st renati. qui i habitu assupte quanta
 tis ad celestia tra suolat. Vnde et alibi. filij spoli
 appellat. **T**ria st difficilia michi: et quid qd' pe
 nit ignoro. **V**ia aqle i celo. via colubii sup tra.
 via nauis i medio maris. et via viri i adolesce
 tia sua. **Q**uarta ad historia. ita est vt scriptu est.
Sed qz p parabolas loquitur. via aquile i celo difficile
 inuitur. hoc est. subtilitas umici. qua circa celestiu
 viroru corda volitat. magno ad labore dephedi.
Similiter et via colubii sup tra. id est. astutia hostis
 venenati. insidiari no desinit eis. quos i petra
 petra fidei fiddatos esse colpicit. **R**etno et via na
 uis i medio maris. hoc est. via uigilantis que
 p amaras stli huius undas. imudozu spirituu
 flatibus agitata. tanta subtilitate discunt: vt vel
 vip vel nullatenus ei possit iter dephedi. **N**am qd'
 aqle malignu hoste significet: testatur ius qui
 ait. **V**elociores fuerunt persecutores nri aquilib
 coli. id est. hoies qui nos persecuti st ta sciu fuerunt.
 vt ipis demonibus crudeliores ee videretur. **Q**uod
 coluber dyabolu sepe insinuet. et i primi hois trul
 gressioe probatu est. et cu vir sapiens aiebat. qsi
 a facie colubii sic fuge peccam. **N**auis qd' qd' leui
 tate designet eoru qui cadferunt omni vcto doctrine:
 demonstrat ius qui ait. **E**t caldos i nauibus suis

glantes. hoc est immodi spiritus de fragilitate atque instabi-
 litate mentis huane sese glantes extollentes. et
 de illius ruina quasi victores letantes. **Sicut** ergo
 illa tam callida se ut vivere nequeat. sic adulescens
 qui via veritatis deseruit. difficile cogitatu est.
 quo se per horas in quot cogitamenta peccatis vaga
 mente declinet. **Talis** est et via mulieris adultere.
 que comedit et tergit os suum. et dicit non sibi quata
 malum. **Adultere** quod mens in similitudine eorum que
 commemorant superius instabilis semper et vaga est.
 que ubi admissum turpitudinis sue tergere potuerit.
 negat se aliquid patrassse facinoris. **Quatuor** se
 minima tunc: et ipsa ipsa se sapientiora sapientibus.
Admores videntur in terra sepe iusti quam reprobi.
 id est humiliores et humi mundo abiectiores. sed tamen
 sapientiores sunt sapientibus mundi. in eo quod eterna et celestia
 bona sapient. ac pro his appetendis que illi non
 norunt. adversa queque sibi fortiter pati desiderant.
Formice plus infirmus. qui parat in messe cibum
 sibi. **Et** ecclesie plus ut fortitudine mentis custodiat.
 infirmum se temporaliter adversariis semetibus ostendit.
 domino per evangelium dicente. **Ego** autem dico vobis non resistere
 malo: sed si quis te percusserit in dextera maxilla tua.
 prebe illi et alteram. **Qui** in hac vita parat sibi
 fructus bonorum operum: quibus vitam mereat habere
 presentem. **Impulsus** plebs invalida. que collocat in petram
 cubile sibi suum. **Et** hic plebs ecclesie designat. que
 invalida dicitur: vel quia ut supra diximus. suas timo-
 rias viciis ipsa non querit. vel quia viribus suis
 non nil fidere. sed in auxilio redemptoris sui saluum
 sperare didicit. **Et** hoc est illa cubile in petra collo-
 care. cuius presidio adversos adversos vitet iustus.
 domino dicente cum psalmista. **Esto** michi in lapidem fortissimum.

et i domū munitā. ut salues me. qz per meā et
 munitio mea tu es. Pro lepufculo antiq̄ trāſlatio
 cyrogrillū poſuit. Et at aial nō maius hericio.
 habes ſimilitudinē muris et viti. cui⁹ i paleſtine
 paleſtine regioib⁹ magna eſt abudātia. ſep̄qz i
 cavernis petrarū et terre foucis habitare cōſue
 uerūt. Notādū qd̄ i pſalmo ubi nos canim⁹. per
 refugiu herinacis. i q̄buſdā codicib⁹. lepouibus.
 i quibuſdā cyrogrillū iuuit. Sed i hac ſalomoib⁹
 ſentētia. qdā ex pluriā pro lepufculo herinaciū
 habet. Nā et i libro hebreorū nom̄ iuicim⁹ id eſt
 verbū ſafan. i iſēmia. et cyrogrillū et lepouē et he
 ricū a ſc̄o iſeōnimo iſpretatū. Regē locuſta nō
 habet. et egredit⁹ vniūſa p̄ turmas. Locuſta qdā
 gētū plebē iſpretat⁹. que quoddā ſine rege. id ē.
 ſine p̄po. ſine aſſa. ſine doctore ep̄iſtē: nō i vni
 tate fidē aggregata. ad ſpūale pugnā cōtra dyabo
 lū properat. Notē at i locuſta. anachoritarū gōis
 vnitā accipi. q̄ cū hōie p̄ceptore ſimulo i ſuis
 latibulis regat⁹. iſtigabili tamē iſtātia i ſuis
 q̄ locis p̄po militare. et ei malē pullulantiū pul
 lulantia carnaliū voluptatē germina
 cōſuevit abſumere. Stellio manib⁹ nitit⁹. et
 morat⁹ i edibus regis. Stellio qui manib⁹ nitit⁹.
 quia nimirū alas quib⁹ ferat⁹ nō habet. et mo
 rat⁹ i edibus regis. illozū ſignat q̄ hūilitatē. qui
 cū ſint iuxta naturā tōzū tōzū di i genio. ſollertia
 tamē iſtātie ſue. vel ad diuinariū ſepturariū. v̄l
 ad virtutū grām. quib⁹ iſteſſū regni celeſtis me
 rit⁹ attingūt. Pleni⁹ at̄i aues quas ad volādū
 p̄na ſubleuat. i veprib⁹ reſidet. et cū ſtellio qui ad
 volatū p̄nas nō habet. nitēb⁹ in manib⁹. regni
 edificū habet. quia nimirū ſep̄ i genioſt quiqz

dū p̄ negligētā torpēt. ī p̄a p̄a p̄a actibus re-
 manēt. et simplices quos īgenij p̄na nō adūiat:
 ad obtinēdā e et nī regni mēu memia. virtū opatiōis
 leuat. **Tria s̄ ā bene graduat̄:** et q̄tū qd' īcedit
 feliciter. **Leo fortissimū bestiariū.** ad nullū pauet
 occurſū. gallus succūctū lūbos. et aries nec est rex
 qui resistat ei. Ip̄e hoc loco leo ponit̄ & quo scriptū
 est. v̄sūt leo de t̄bu iuda. **Qui fortissimū bestiariū dicit̄.**
 quia ī illo hoc qd' īfūmū est & dei. fortius est hōib' q̄
 q̄ ad nullū pauet occurſū. **Dicit̄ ei. V̄sūt ei p̄ncēps**
mūdi: et ī me nō habet q̄q̄. **Gallus succūctū lūbos.**
 id ē. p̄dicatores s̄. t̄er q̄ hūignortis tenebras. verū
 mane nūciātes. **Qui succūctū lūbos s̄.** quia mēbris
 suis luxurie fluxa restringūt. **Et aries.** nec ē rex
 qui resistat ei. **Quōd aliud hoc loco arietē accipim' q̄**
 nisi primū it̄m eccliam ordinē sacerdotū. **De q̄q̄ scriptū**
est. Offerre d̄nō q̄ filios arietū. **Qui p̄ p̄ exempla**
sua gradiat̄ p̄lm. quasi subsequētē omniū grege
 trahūt. **Quib' specialiter spiritualiter verteq̄ v̄iū**
tibus. nullus rex sufficit om̄o resistē. quia quilibet
 p̄secutor obuiet. ītentionē eorū nō p̄ valet p̄cedere.
Et quia post hoc etiā anti p̄p̄r apparet̄: hoc q̄tū
 subdidit dicit̄. **Et qui stultus apparuit:** postq̄ elatus
 est ī sublimē. **Si ei intellexisset:** ori ip̄osuisse p̄ manu.
Ip̄e q̄p̄e ī sublimē eleuabit̄: cū deū se esse mētē
 esse mētē mētē. **Ad elatū ī sublimē stultus ap̄**
 parebit. quia ī ip̄a sua eleuatiōe. p̄ aduētū v̄ veri
 iudicis deficit. **Qd' si intellexisset.** ori ip̄osuisse manu.
 id ē. si suppliciu suū cū sup̄bie exposus est p̄uidisset.
 bene aliqui cōdit' q̄. itate iactatiōe sup̄bie nō fuisset
 elatus. **De quo nequaq̄ moueat qd' superiq̄ dicitū**
est. q̄tū qd' īcedit feliciter. Tria q̄p̄e īcedē bene

dixit. et quoniam felicitas. Non est omne quod felicititer bene; neque in hac vita omne quod bene felicititer. Nam leo. gallus. et aries bene creduntur; sed non hic felicititer: quia persecutionum bella patiuntur. Quartum uero felicitas. et non bene creditur; quia in fallacia sua antiproposita graditur: sed iuxta breue tempus vite presertim. ipsa illa fallacia prosperat. Qui autem fortiter premit uerba ad elicendum lac. exprimit butyrum. et qui uoluntate emulget emulget: elicit sanguinem. Uerba fortiter premimus: cum uerba sacri eloquii. subtili intellectu pensamus. Quia pressio dicitur lac quoniam. butyrum uicimus. quia dum mitius uel tenui intellectu quoniam: ueritate uerumne pinguedinis unguimus. Quod nec nimis nec sepe agendum est: ne dum lac quoniam: ab uerbis sanguis sequatur. quia dum uerba sacri eloquii plus quam debet discutuntur: in carnale intellectum cadunt. Sanguinem et elicit qui uoluntate emulget. quia carnale efficitur hoc. quod ex nimia spiritus discussio scit. Et qui puocat iwas: producit discordias. Quid prodece parabola iuxta hanc significat ut aperit. quia qui modesto sermone proximam allocutus gratiam accepit responsam: quasi de uerbis in quibus lac querebat. Butyrum exprimit. At qui reprobo uerbo in discordiam fratris ex corde puocat: quasi uoluntate emulget uerba. sanguinem pro lacte reperit.

Uerba lamuel regis. uisio qua erudiuit eum in sua. Lamuel interpretatur in quo deus. et ipse est deus qui suo propria eodem nomine in latino uerbo dicitur. Uisio qua locutus est uir cuius est deus. Mater autem quae habet eum uisionem docuit. non alia melius quam diuina gratia intelligitur. quae illam in corde inuisibiliter erudiuit. intellectum sapientie. quae facta fuerat in feris hominibus ipse monstraret. Quoniam uis et ipsa carnalis mater salomonis. hoc eum puulum docuisse

Capitulum xxxii.

vobis possit intelligi, que quidem ipse quia sapienter dicta cog-
 nouerit. opus parabolarum suarum iterum voluit. Et ideo in
 postquam dicitur est in titulo verba lamuel regis. additum est
 cotinuo. visio qua erudiuit eum mater sua. et quia cum
 regnum virtutis spiritum sapienter propeperit: vidit in eodem spiritu
 quoniam prouidet se mater bona docuerit. **Quid dicit vobis mater.**
Subaudis. quod dicit tibi fili. qui de vtero meo natus.
 electus es in regnum. **Quid dicit vobis mater meorum.** id
 est. quod electus es in hoc quod tota deuotio desiderabam.
Ne dederis mulieribus substantiam tuam. Pater hinc testis.
Sed virtutis mundum substantiam. corruptoribusque viciis
 "corruptioibus. contaminare prohibemur. Et delicias
 tuas ad delictos reges. Diuitias suas dat ad delictos
 reges. qui frenis delictis hominum corda corrumpit. ne celestia
 bona requirant in quibus perpetuo possunt regnare ad dei dno.
 Delicti et reges per diuitias. quod quilibet summi et regis
 cupi aduati per fidem. nichilominus per illecebras seclis me-
 ritum eradicari de terra vinctum. **Noli regibus dare vinum.** Et hoc et sequentia parat iuxta
 litteram. Allegorice autem precepit. de vino in quo luxuria est
 rebuatur metes fidelium: qui sunt membra regis etiam.
Quia nullum ferendum vbi regnat ebrietas. Nil de se-
 cretis celestibus cogitatur vbi regnat voluptas carna-
 lis. sed ea tantum carnales querunt. visibilia seruantur.
Ne forte bibat et obliuiscatur iudiciorum: et mutet causam
filiorum pauperis. Ne frenis delictus illecebris. ob-
 liuiscatur pauperum populi. quia et ipse pauper est frater per nobis.
Dare licentiam meretricibus. et vinum quibus qui amaro sunt animo.
 bibat et obliuiscatur egestatis sue. et doloris non reuertit
 det amplius. **Meretricum et vinum** hoc loco septimana diuina
 sapientie consolatione dicit. quibus est expulsa cordibus.
 que infimis consolari refugium. et quod occurrit in partem.
 amaro suscipiunt animo. solis quod non videt gaudys celestibus
 totum mente iterum. iuxta eum qui dicit. Regnum

glosari aiaz mea: memor fui dei & delertatus sū. **Itē.**
Date sicera meritis; et vinū bibē hys q' amaro.
 no aco, et cetera. **H**ys qui pro penitentiā actū vultū,
 noia merore atq; tristitia deprimūt. spūalis factie io.
 auiditate vadit vinū qd' lenificat cor. hōis affluctet ifu.
 dice. eosq; salutaris verbi crapula venocate. ne forte
 iugitate meroreis ac letali desperatione de dimersi. abū.
 datione tristitia absorbent qui cuiusmodi st. **A**peri os
 tuū muto; et cauis omī filiorū qui p'raesent. **P**ro
 causa pauperū. qui qui pro se loqui i iudicio nō
 valet. ipse loqui memento. et eos defētere curato. qui
 p'nc celestis iuitu. huius vite via ocaus trāsire scia.
 gut. **A**liis. **O**s aperire muto p'cepit. iplo gēdū fi.
 di verba p'dicare. qui diuina eloquia prius nescie.
 bat p'sonare. et nō tātū iudicis. sed et cūctis p' orbē na.
 hoib; curā salutis ip'ede. **A**peri os tuū. d'ecime qd'
 iustu est. et iudica iopē & pauperū. **D**icut i versu
 superiore pro causa et exceptio paup'is os aperire
 p'cepit. ita i isto ipm pauperū ubi errauerit iuste
 castigare ac iudicare admonet. iupta qd' et moyses
 ait. **E**t paup'is i iudicio nō misereberis. **Q**u' vtrūq;
 dnm fac' i iustit'ā i iustit'ā dices. **S**ed iudicabit i iustit'
 a paup'is. et arguet i equitate p' pro māsuetis fire.
Hucusq; verba lamuel. **H**ic sapientissimū regū sa.
 lomōn. laudes ecclē sed vtrūq; paucis. sed p'cellētia
 veritate deatit. **C**ōstat nāq; idē carmē versibus
 viginti duobus. iupri videlicet ordine heb'earū et mi.
 merū h'arū. ita vt singuli versūs a singulis lris
 iapiat. **C**uius ordie p'fertissimo alfabeti typice imūit.
 p' p'cellētia h'ic. vel aū cuiusq; fidelis. vel totius ecclē scē.
 que ep' oib; electis aiaz vna p'ficiat' catholica. vni.
 tates ac p'emia describat. **M**ulierē forte q's iūct.
Procul et de vltimis finib; p'caū ei. **M**ulier fortis.
 ecclā catholica vocat'. mulier videlicet. quia spūales

deo filios ex aqua et spiritu sancto gignere consuevit. **Fortis.**
 quia cuncta seculi aduersa simul et prospera pro goltoris
 sui fide contempnit. Quia ipse in carne amares infirma
 quidem inuit: sed inuetioe sua, hoc est, pia uisitatioe
 forte reddidit. Vnde post eius resurrectione ad celos
 rediens, superius superius ciuibus gaudens dicebat, Con-
 gratulamini mihi, quia inueni onem meam que
 perierat. **Vides** ergo salomon genis quam innumeris
 implicat implicat erroribus, quodque ad eius saluationem nullus patriarcha, nullus
 prophetas, nullus omnino electorum per mediatorum dei
 et hominum sufficeret, ait. **Mulierem** forte quibus inuenit.
Paulus et de ultimis finibus precium eius, Ac si aperte futurum
 domini gratiam admirando protestaretur? Quis tamen uir-
 tutibus, quibus talis est meriti, qui de tot incredulis ac
 sceleratis mundi nationibus, unam sibi electorum uocallam
 congreget, quam sua gratia forte atque insuperabili in-
 perabilis aduersantibus cunctis efficiat. **Non** hic
 certe nostri similis, non nostro tempore est uentur, uenturus.
 sed in fine seculorum est de celo deus homo descendurus,
 qui nos sua passioe ac morte redimat. **Hoc** est
 et quod ait, paulus et de ultimis finibus precium eius, procul
 uidelicet pro pro statu repositis posuit, quia diebus
 salomonis usque ad ad patrum uirginis itererat. **De** ul-
 timis autem finibus, quia a summo celo egressio eius, quia
 non est aliud pro nostra redemptioe precium quam seipsum ob-
 tulit. **Vnde** apostolus, qui dilexit inquit nos et tradidit
 semetipsum pro nobis oblatione et hostia deo in odore
 suauitatis. **Quibus** et ita re possit intelligi, precium
 sed ecclesie procul positum fuisse, quia incarnatione uerbi
 dei, conuersatio iter hominis, passio ac resurrectio, longe
 a mundi esset nature conditione discreta, quam uidelicet

tercius

illa ille et quando voluit, et qua voluit morte dis-
cessit a mundo. Tempus quo ipsius reversionis et ascensionis sue
in potestate habuit, et cetera huiusmodi in quibus ea tunc
procul a nobis quae celum distat a terra. Quia vero eam
quam redemit dominus non solum ob rem salutis susci-
peret, sed et gratiam pro illo certare, et hoc ipsum
predicare per mundum donavit, merito subiungitur.
Confidit in ea cor viri sui: et spolijs non indigebit.
Virum sancte ecclesie, dominum ac redemptorem eius, qui etiam
propter eam fieri dignatus est, dicit. Unde et apostolus
credentibus ait. Desponsavi ei vos unum viro virginem
castam exhibere christo. **Q**uod ergo dicitur confidit in ea cor
viri sui: ab humana consuetudine nimirum tractum
est. Sicut enim is qui forte fidelis et castus habet
coniugem, confidit in ea etissime, quia nihil contra suam
voluntatem agere sua, nulla adulterina saltu-
gitatione possit attaminari, curta per suo amore
etiam adversa libet tolerare, et quoscumque valet
ad suam amicitiam convertere desideret. sic nimirum
sic dominus ac redemptor noster in ecclesia confidit. **N**ovit
eius spiritum gratia quae dedit, novit virtutem caritatis quam
eius precibus infundit, ideoque non dubitat eam non solum
solum a fidei suae integritate nequaquam posse corrumpi,
sed etiam perseveranter assistere, ut plures ad eius fidei
gratiam convertat. **H**oc est ei quod fecit. **E**t spolijs
non indigebit. **S**poliat et dyabolum ecclesia, cum per predica-
tionem tales suos, eos quos ipse deperat: ad veri-
tatis iter revocat. **E**t bene dicit, spolijs non indi-
gabit, quia nunquam cessabit ecclesia liberata a dy-
abolici fraude diabolus, christi fidei restituere, donec ad
pleto mundi casu, suorumque multiplicat per finita
summa metrorum. **V**erum quia quicquid boni sancta ecclesia

5

vel aia queq; fidelis agit. hor delinq accepit. rā
 subdit? **R**edit ei bonū & nō malū: oib; diebus
 vite sue. **R**edit q̄te aia xpo bonū. cū pceptis
 ab eo vite munerib; recte vivēdo respondet. cū
 ea que ipā scire ac facere ab illo adiuta disposuit.
 etiā alijs itinare satagit. **H**ene at ad dixisset
 reddidit ei bonū. protin; addidit & nō malū. quia
 st̄ profecto qui acceptis a dno bonis, mala respē
 dit. vel fidei mysteria que pceperūt. hētica pec
 fedado. vel fide quā professione servat. p̄anis o
 parib; blasphemād. vel mores bonos quib; ad
 fide rē deseruiūt. p colloquia mala corrupēdo. **S**ed
 nec illi bona q̄ acceperūt a dno reddūt. qui nō
 ih̄s qui bene ihoant. vsq; ad finē vite presēis
